HIERONYMI CARDANI MEDICI MEDIOLANENSIS,

DE SVBTILITATE LIBRI XXI.

Ad illuſtriſſ. Principem Ferrandum Gonzagam, Mediolanenſis prouinciæ Præfectum.

PARISIIS,
Ex officina Michaelis Fezandat, & Roberti Granlon, in monte D. Hylarij ſub Iunco.
1550.

lentiſſimè. xv. cum tardiſſimè fœtũ geſtare incipit: fert biẽnio toto, & mas quã grauidã ſemel reddiderit inire amplius non ſuſtinet. Catulus cũ naſcitur vitulũ trimeſtrem æquat magnitudine. Potũ haurit incredibilẽ, & cibi maximi eſt. Floret circa annũ ætatis ſexageſimũ. ſpirat etiã promuſcide, tot ei commoda vſũ præbet mẽbrũ. frigoris impatiẽs eſt, et ob id præcipuè naſcitur in India. Vbi etiã

Rhinocer-ros.

Rhinocerros, animal rarũ, equi magnitudine, pilo muſtellæ ſimillimo: capite ceruino, in quo cornu creſcit vnicum cubitorum trium longitudine, media in fronte atque rectum, in imo autem amplum tẽdens in aciem. Collum breue, iuba rariſſima, & in alteram tantum partem tendente, crura velut capreolo tenuia, poſtremorum pars poſterior multo pilo villoſa, vngula biſida: in vniuerſum ſi quis aduertat cerui naturæ non eſt abſimilis præter cornu illud: ferum eſt valde. Naſcitur & in Aethiopia inter ſolitudines ſqualentemq́; terram, atque inter ſerpẽtes, mirumq́; in modum veneni cornu eius aduerſari creditur.

Alces.

At contraria aeris qualitate penitus ſub Boreali polo Alces naſcitur, ceruo ſimile, cruribus anterioribus longioribus, carneam habens promuſcidem breuem tamen, cuius vngula ſi collo appẽdatur comitiales ſanare ſi quid aliud poſſe creditur, falſoq́; carere genubus.

Animal mõ ſtroſum.

Animal aliud mittit Aethiopia, parte anteriore vulpi ꝓſimile, cauda et poſteriore cercopitheco: pedibus anterioribus humanis, auribus veſpertilionis, q crumenã habet ſub ventre, qua catulos vndequaq; gerit, nec dimittit niſi dum lactare vult. Mittit & India occidentalis Chiurcã è muſtellino genere, quæ eodẽ modo filios ſecũ fert.

Chiurca.

Vaccæ vni-cornes.

In eadem Aethiopia vaccæ ſunt cornu vnicũ in frõte

gerentes